

D. D.
DECADES BINÆ
**THESIUM
MEDICARUM,**

QUAS,
Jussu Max. Ven. Senatus Acad.

ET
*Suffragio Amplissimæ Facultat. Medicæ
in Reg. Upsal. Athenæo,*

Publico honorum examini modeste subjiçunt

AUCTOR

**JOHAN. GOTSCHALK
WALLERIUS,**

Phil. & Med. DOCTOR. ejusdemq; ~~Facult.~~ ADJUNCT.
ac Reg. Colleg. Med. M.

ET
RESPONDENS

JOHAN. A. DARELIUS,

W. - GOTHUS.

In Audit. Carol. Maj. ad diem 25. Febr.
Anni MDCCXLI.

Horis ante meridiem consuetis.

UPSALIE, impressa.

V. Materia Medica.

13. *Sal Natron, verum Alkali, nullam omnino habet convenientiam cum salibus que figura tetraedrica crystallizantur, ac in fontibus quibusdam Jotivis reperuntur.*

Natron, seu Veterum Nitrum esse sal Alkali, non magis incognitum esse potest, postquam ex relationibus eorum qui Orientales regiones, Græciam præcipue Syriam & Egyptum inviserunt, satis compertum est hodiernum in Egypto Veterum Nitrum confici, ac ab incolis adhuc Natron vocari, & saponis loco, ac ad vitra conficienda, solenniter adhiberi: Sic & Smyrnæ hoc sal reperiri, & ad Lutetiam Parisiorum advehit: ibidemque loco Cinerum clavellatorum ad varios usus adhiberi, testantur, *Autor libri Voyage de Levant* B. 2. p. 280. *CAR. CLUSIUS. POMET. VALENTINI, FR. HOFFMAN in Opera. Ph. Med. T. 2. p. 277.* Hujusmodi Naturæ & Osim Natron seu Nitron Veterum fuisse, patet ex *PLINII Hist. N. L. XXX. c. 8* ubi saponis loco adhibitum, & ne ab aëre colliqueret, in vasis solis exsiccatis & picæ tæ conservatum, immo olim magis à quercu crematæ præparatum fuisse testatur. *fr. & DIOSCORID. B. 4. C. 78.* Sic & ex *Sira Sira Proverbi XXV. 26.* concludere possumus Natron fuisse aceto oppositum consequenter & cum eodem effervescentiam concepisit. *LUTHERUS* itaque & interpretæ Svecus: vocem *N* reddiderant *nitro*: *S*osom ditisa på *nitro*, effect vero: *S*osom ditisa på *Natron*, på *lut*. Quare & *Jerem. II. 22.* Vox eadem conjuncta cum *N* reddita est, *lut*; unde & demonstratur Natron loco saponis usurpatum fuisse. Non majori ergo opus habemus testimonio ad probandam Natron esse sal alkali. Quando itaque *LINNAEUS in System. Nat. p. 5. n. 12.* Natro adtribuit natu-

ram tantum Alalinam Nitro murali æqualem, ac figuram columnarem Tetraëdricam, omnino discedit & aberrat à vera notione salis Natri. Hinc & HOFFMANNUS, nitrum murale atque sal Acidulare figuræ tetraëdricæ; *innominatum* & LISTERUS *Sal Calcarium* vocare maluerunt, quam Natri nomen inconueniens aliisque naturæ sal indicans, nominatis adtribuerent salibus. Seductus itaque est *Class. Reg. Pharmacopola Dexterr.* JOH. SALBERG. in *Actis Scient. Acad. Stockh.* 1740. 2. p. 245. & *seq.* sal neutrum *Ulmæense*, in *Norrlandia* reperiunt, verum esse Natron, existimans *l. c. p. 248. §. 24.* Totius vero demonstrationis fundamentum, auctoritati LINNEI innixum, iamjam evertimus. Quemadmodum & SALBERG. *l. c. p. 247. §. 28.* sal *Spadanum*, quod æque ac plurimarum acidularum sal in patria nostra mere Alkalinum est, ac Natro conueniens, cum sale *Eshamensi* calcareo ac mediæ naturæ, confundit; sic & insuper, sal neutrum *Ulmæense* cum sale *Eshamensi* inconsiderate confundit; quæ salia tamen maxime distincta (A) Quia sal *Eshamense* & *Sedlitzense* fyrup. violarum tingunt colore viridi vel cæruleo, quod non facit *Ulmæense* *l. c. §. 22.* (B) ab oleo Tartari p. d. salis *Esham.* & *Sedlitzensis* solutio coagulatur in spissum coagulum; *Ulmæense* vero non turbatur vel mutatur *l. c. §. 26.* (C) A spiritu salis Ammon. salis *Sedlitzens.* & *Esham.* solutio maxime turbatur; *Ulmæensis* salis sol. non mutatur *l. c. §. 28.* (D) sal *Sedl.* & *Esham.* crucibulo ignito injectum dimidiam sui partem in vaporis aquæ formam amittit; sal *Ulmæense* nullum vaporem vel fumum emisit *l. c. §. 32.* Ad Calendas itaque græcas sal catharticum, *Eshamensi* sal æquale, è fonte *Ulmæensi* obtinebit, quamdiu calcaream denegat huic fonti terram *l. c. §. 24.* Et hæc est causa, quod ab omni sale preparari possit sal mirabile GLAUBERI, non vero

VERO ab omni sale confici potest sal *Hibernicum*, ut ab
Hallensi sale exemplum adfert *HOFMANN* in *Obs. Ab. Chemi*
T. II. p. m. 340. Nec satis mirari possum, quae ratione
S. 33. l. v. poterit *SALBERG* etiam atque etiam urgere
 assiduam inquisitionem venarum salis Sulinae in fontis
 hujus vicinia, quum praesente spiritu acido salis com-
 munitis, nunquam fieri possit sal mirabile *Glauberi*, eo-
 dem vero spiritu absente, frustra quaratur sal colitaret.
 Frustra & illi suam collocant operam qui secundum
 persuasionem *SALBERG* *l. v. §. 34.* heic in vicinia, *Ther-*
mas quærere volunt, si non adhaec calcarea terra, vel
 sal pure alkalium, & quamdiu non constat num heic
 calor subterraneus adsit.

14. Oleum Animale Dippelianum, non est Spiritus Cor-
nu Cerui Rectificatus, nec est graveolens, nec agit
ut summum Diaphoreticum sed ut Antispasmodicum.

Preparatur oleum animale *Dippel.* ab oleo sanguinis
 praecipue Gervini in Retorta vitrea toties destillato
 usque dum nullae appareant feces relictæ. Requiritur
 ergo ad minimum vigecupla rectificatio, si non aliud
 adhibeatur artificium, & quavis vice nova retorta
 novaque recipiens, ut obtineatur oleum limpidissi-
 mum, fluidissimum, quod & omnia deposuit empy-
 reumaticum foetorem. Maxime ergo distinctum a spi-
 ritu *C. C.* rectificato, qui a *C. C.* spiritus, super Cinerea
 vel calcem, vel rasuram *C. C.* crudi, semel abstracto &
 rectificato, paratur, maximo adhuc empyreumatico
 odore praeditus, ac virtute sudorifera, stimulante,
 ignea quasi naturæ donatus *cf. HOFM. Med. R. 3. T. III*
p. 407. Quod vero oleum Dippelianum agat ut anti-
 spasmodicum, effectus demonstrat, quo, Opio fere
 aequale deprehenditur, nimirum aut somnum produ-
 cendo.